

- die comuniter vel divisim, scilicet duo ad minus, et secum habere mensuras comunis, cum quibus venditur vinum in taberna, per civitatem Tergesti ad tentandum et inquirendum quascunque personas vendentes vinum in taberna, et quos in-
- 5 venerint contrafatientes in vendendo vel aliquid fatiando contra formam statuti acusare et denuntiare dominio. ¶ Item inquirere et providere quod beccarii primo incipient vendere carnes meliores quas habebunt in beccaria sine aliqua adiuncta aliarum carnum, et quos invenerint contrafacere acusare. ¶ Item
- 10 inquirere et providere in beccaria comunis, omni die qua vendentur carnes, si beccarii extraxerint lonbolum ex aliquibus quartis carnum, vel si afaitaverint aliquam bestiam parvam vel magnam ponendo subtus rognonum vel alibi sepum arniam vel aliam pinguedinem, et si inflaverint aliquas bestias
- 15 vel inflari fecerint, et quos invenerint contrafatientes ad predicta vel aliquid predictorum denuntiare dominio, etiam sub pena quadraginta frx. pro quolibet iustitiario et vice qualibet contrafacta. ¶ Item inquirere et providere si mercatores vendent anonam aliter quam ad mensuram staratici comunis, et
- 20 quos invenerint contrafacere denuntiare dominio. ¶ Item providere et procurare de panicoculis comunis vendentibus panem contra asegnationem eis factam per ipsos iustitiarios vel per dominium Tergesti, et contrafatientes denuntiare. ¶ Item in quolibet mense bis ad minus ire per stationes mercatorum Tergesti et diligenter inquirere et providere de omnibus mercimoniis, scilicet pipere piperata cafarano chandelis cire et seponis et de mele et cira et aliarum rerum,¹⁾ si ad iustum precium vendiderint secundum formam statutorum civitatis Tergesti, et de ponderibus marchis stateris mensuris brazolaris.
- 25 ¶ Et quamcunque personam invenerint habere et tenere aliquam mercandandiam falsam, seu aliquod pondus, stateram aliquam, marchum brazolarium vel aliam mensuram falsam, incontinenti denuntiare contrafatientes dominio Tergesti, etiam sub pena centum sold. pro quolibet ipsorum et qualibet vice
- 30 contrafacta. ¶ Item procurare et providere de molendinis et

46 B

¹⁾ Aggiunta marginale.